



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

305 An in Electiuis beneficis permuta[n]dis Cleme[n]tinæ sit locus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

ciatio beneficiariis prohibetur inconsultis Episcopis. iuncto c. execrabilis. §. Cæterum Ordinarios. de præbend. in extrauag. Ioann. 22. vbi beneficiorum punitur pluralitas, ideoque pro resignationibus admittendis etiam Capitula sede vacante possunt adiri; collatione soli reseruata Pontifici. Nam cessante dilationis periculo quid alioquin ineptius quam spontaneos permutantes, ac nihil omnino delinquentes, apud alios beneficia sua resignare, rursus apud alios post longissimum fortassis interualum eorundem beneficiorum collationem hinc inde sibi fieri postulare? Satius est enim permittantur vel permutare volentium beneficia possideri ab ipsismet donec simul & semel absolui possit permutatio, quam non sine periculo tamdiu vacare. quæ ratio cessat quando culpa resignationem postulat.

Pontifex hic vititur verbo conferendi; verum quid si beneficia permutanda non sint collationis, at electionis? num dicemus locum fore huic nostræ Clementinæ tam in collationibus & presentationibus & postulationibus, quam in collationibus? Ita proculdubio dicendum videtur; cum ratio prorsus eadem sit vbique, nec discrimen sit inter has omnes vel similes beneficiorum adipiscendorum rationes atque modos vllum, quatenus quidem de permutationibus faciendis est quæstio. Nec obstat Cap. cum in illis. de præbend. in 6. vbi non potest consequi beneficium ex electione qui gratiam duxat impetrauit vt beneficium

l sibi

304  
Dilatio resignationis aliquando periculosa.

305  
An in electis beneficiis permutandis Clementina sit locus.

306  
Collatio quando vel extendatur vel non extendatur ad Electionem.